UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones: Petri Hieremie Panormitani ex Sicilia: F. co[n]uent[us] ordinis Predicatoru[m] bononiensiu[m]: tam preclari q[uam] omnigene eruditio[n]is refertissimi. omnibusq[ue] euangelica documenta ...

Petrus <de Hieremia>

[Augsburg], 1514

VD16 P 1883

De s[an]cto Juliano [con]feß. ser. xciij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70359

Visual Library

voce mea que diuiſa ꝑ ſingulas aures ve-
ſtras tota integra eſt in q̄libꝫ aure. Scḋa
ſimilitudo eſt de imagine hoīs in ſpeculo
recepta que tota recipit in ſpeculo/ etiā ſi
ſpeculū frangat in centū ꝑtes: tota inte-
gra eſt in q̄libet ꝑte. Et nunq̄d pater oi-
potens nō poterit facere hoc de imagine
ſua que eſt chr̄s: ſic̄ habet. ij. Coꝛ. iiij. Et
Coloſ. j. Et ſi tu dicis: nō eſt ſit̄e de ima-
gine q̄ nō eſt coꝛꝑalis: chr̄s aūt habet veꝛꝫ
coꝛpus. Rn̄. ꝙ imo: q꜠ ſubtilius eſt coꝛpꝰ
gl'ioſum/ q̄ꝫ imago q̄ modico panno impe
dit ne intret in ſpeculū: coꝛpus aūt gloꝛio
ſum a nullo pōt impediri. Ideo ꝛc̄. Ideo
de hoſtia ꝯſecrata poteſt dici. Candoꝛ eſt
lucis eterne: ꝛ ſpeculū ſine macula dei ma
ieſtatis: ꝛ imago bonitatꝫ. Sap̄. vij. No-
ta Candoꝛ eſt lucis eterne. ſ. quantū ad di
uinitatē que eſt in hoſtia concomitant: ſic̄
ꝛ ſanguis et anima nō ex vi ꝟboꝛꝫ: ſed cō-
comitant vt dixi. Et ideo quia eſt ibi diui
nitas/ debet hoſtia eſſe rotunda: q̄ ſignifi-
cat eternitatē dei. Et ſpeculū ſine macula
q̄ꝫtū ad animā. Ideo hoſtia debet eſſe pu
riſſima ꝛ alba. Et imago bonitatis: q̄ꝫtuꝫ
ad coꝛpus ꝑ quod compleuit ſuā bonitatē
in oꝑe redemptōis. Ideo cogita tu qui ce
lebꝛas vel cōmunicas/ q̄ꝫtum de excellen-
tijs eſt ibi: q꜠ de ſpūalibꝫ creaturis eſt ibi
excellentioꝛ. ſ. anima chr̄i: de coꝛꝑalibus/
etiā coꝛpus chr̄i. Et ſuper oīa diuinitas
Idcirco debes habere iſta tria: ſcꝫ. Cādo-
rem lucis eterne: ꝑ verā credentiā ſine er-
roꝛe. Scḋo ſpeculū ſine macula ꝑ caſtita-
tem. Tertio imago bonitatꝫ illiꝰ ꝑ frater-
nā amicitiā ad imaginē ꝛ ſimilitudinem
chꝛiſti: qui noluit recipere vindictam de
inimicis: ſic nec tu. Mat. v. Beati pacifi-
ci/ quoniā filij dei vocabunt. pacifici. i. pa
cem facientes. ¶ Quartum eſt perceptio
ſenſualis. Quia nullus ſenſus percipit in
euchariſtia id qḋ intellectus credit. Qua
re hoc: Rn̄. duplici rōne. Pꝛima eſt neceſ
ſitatis. Scḋa vtilitatis. Neceſſitatis q̄a
neceſſe eſt cōmunicare: q꜠ ſicut totum ma
lum noſtruꝫ ꝓceſſit ex eſu fructus: iuxta
illud. Mala mali malo: mala cōtulit oīa
mundo. Mala. i. gula: mali. ſ. Ade: malo
. i. pomo. Sic voluit deꝰ ꝙ ex eſu fructꝰ:
de quo dicit virgini. Benedictus fructus
ventris tui: oīa bona noſtra pꝛocedant.

Sed quia hoꝛribile eſſet comedere carnē
hominis crudā/ ꝛ bibere ſanguinē: iḋo vo
luit chr̄s tegere ſub accidentibꝫ ꝛc̄. Ideo
Eſa. xlv. Te adoꝛabunt teq̄ꝫ deꝑcabunt:
tm̄ in te eſt deus. Uere tu es deꝰ abſcon-
ditus: deus iſrael ſaluatoꝛ. Nota. Te ado
rabunt. ſ. in hoſtia cōſecrata. Tm̄ in te eſt
deus. Iſta dictio tantū excluſiua excludit
alia ſacramenta: in quibꝫ nō eſt deus rea-
liter ꝛ ꝑſonaliter: ſicut in hoc ſacramento:
ſed tm̄ figuratiue. Jo. vj. Caro mea vere
eſt cibus: ꝛ ſanguis meus vere eſt potus.
Conſtruitur ſic. Cibus iſte vere eſt caro
mea: et potus iſte vere eſt ſanguis meus.
Scḋa ratio eſt vtilitatis. ſ. noſtri meriti.
Si eñ videremꝰ carnem ꝛ ſanguinē/ non
eſſet meritum aliquod noſtruꝫ credere: ſi-
cut nec meremur ſi credimus eſſe hoſtiam
albam vel rotundā. Greg. Fides non ha-
bet merituꝫ: vbi humana ratio ꝑhibet ex-
perimentū. Ad hoc ergo: vt fides locū ha
beat voluit occultare ꝛc̄. Tantū ergo ſacra-
mētū veneremur cernui: ꝛ antiquū docu-
mentū nouo cedat ritui: pꝛeſtet fides ſup
plementū ſenſuum defectui. Ideo debe-
mus nos humiliare dicendo. Domine q̄ꝫ
uis ſenſus mei hoc nō percipiant/ tamen
credo ꝛc̄. Joannis. xx. Beati qui non vi-
derunt ꝛ crediderunt. ¶ Quintū mirabi
le eſt receptio viſualis: q̄ res mirabilis eſt:
quia panis angelicus fit panis hominuꝫ:
dat panis celicus figuris terminū. O res
mirabilis manducat dominum pauꝑ ſer
uus ꝛ humilis ꝛc̄.

¶ In feſto ſancti Juliani cōfeſ-ſoꝛis. Sermo. XCIII.

HEc educit il-
lum a delicto ſuo. Sap̄. x. Hec
ſapientia diuina: ſm̄ ſenſuꝫ ꝓ-
pꝛium ꝛ litteralē: ſed ad ꝓpoſitum noſtruꝫ
intelligo. Hec ſcꝫ penitentia eduxit illuꝫ:
ſcꝫ ſanctū Julianū. A delicto ſuo: qḋ cō-
miſit occidendo parentes. Salutet virgo
Maria ꝛc̄. Pꝛo declaratiōe ergo thema-
tis: ꝛ introductione hiſtoꝛie ꝑdicande: no
tandū ꝙ fit queſtio theologicalis.
¶ Queritur vtrū quodlibet peccatū ſit ꝑ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penitentiam remiſſibile: Ubi pro complemento materie nota tres concluſiones ſm mentem Thome. parte. iij. q. lxxxvj. ar. j.

Prima cõcluſio erit affirmatiua ex parte obiecti.

Secunda concluſio erit negatiua ex parte ſubiecti

Tertia concluſio erit etiam negatiua ex parte adiecti.

¶ Prima ergo concluſio erit affirmatiua: ex parte obiecti penitentie qđ eſt peccatum: qđ reſpicit actus penitentie: quia peccator dolet de peccato. Concluſio eſt ergo iſta. Qđ ex parte peccati omne peccatum eſt per penitentiam remiſſibile: et hoc duplici ratione. Primo ratione diuine miſericordie que eſt infinita: iuxta illud Joelis. ij. Cõuertimini ad dominum deum veſtrum: quia benignus ꝛ miſericors eſt: patiens ꝛ multe miſericordie et preſtabilis ſuper malitia. Item alibi. Derelinquat impius viam ſuam: ꝛ vir ini. co. et re. ad do. ꝛ mi. e. ꝛ ad de. n. q. mul. eſt ad ignoſcendum. Eſa. lv. Item. pſ̃. Miſerationes eius ſuper om̄ia opera eius. Nota. Super omnia opera eius. pſ̃. Opera manuum eius/ veritas ꝛ iudicium. Licet iuſtitia dei ſit infinita. ſic et potentia: bonitas et ſapiẽtia: ꝛ quicquid eſt in deo: ſit infinitum: eo ꝙ quicquid eſt in deo/ eſt ipſe deus: quia non eſt compoſitio in eo ſubiecti ꝛ accidentis: nec potentie ꝛ actus: nec eſſe ꝛ eſſentie: nec aliqua alia compoſitio. Nihilominus tamẽ quantum ad effectuʒ magis oſtendit deus miſericordiam ſuaʒ in hoc mundo ꝙ̃ potentiam: nec iuſtitiam nec aliquid aliud. Quod patet: cum quotidie tot ĩfinita peccata cõmittantur ĩ iniuriam diuine maieſtatis: tamen ſuſtinet peccatores ꝛ ꝓuidet eis đ neceſſarijs. pſ̃. Deus iudex iuſtus fortis ꝛ patiens/ nunquid iraſcetur per ſingulos dies. Sic ergo cum miſcđia dei ſit infinita: non limitatur nec terminatur a remiſſiõe peccatorū. pſ̃ Nunquid obliuiſcetur miſereri deus aut conti. in ira ſua miſericordias ſuas. quaſi diceretʒ non. Secunda ratio eſt propter meritum paſſionis chriſti/ per quam penitentia et omnia ſacramenta operantur effectus ſuos. Cuius paſſionis virtus eſt ſufficiẽtiſſima pro omnibus peccatis. j. Joa. ij. Ipſe ſcʒ chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Non pro noſtris autẽ tantū: ſed etiã pro totius mđi. Nec obſtat ꝙ dicit̃ de peccato in ſpiritūſanctū: qđ non remittitur/ neqʒ in hoc ſeculo/ neqʒ ĩ futuro: ſicut dicitur Mat. xij. quia reſpondet̃: vt infra: in tertia parte ſermonis. Nota. Totius mūdi. Quinimo etiã ſi eſſent mille mūdi ſufficeret virtus paſſionis chriſti ad remiſſionem omnium peccatorū: quia quaſi infinita eſt virtus illa: vtpote ꝓcedens a chriſto que fuit infinita/ reſpectu ꝑſone diuine ꝛc̃.

¶ Secūda concluſio eſt negatiua ex ꝑte ſubiecti: que eſt iſta ꝙ ratiõe ſubiecti nūqʒ nullum peccatū eſt remiſſibile: quia ſubiectum eſt incapax penitentie. ꝛ hoc eſt in demonibus ꝛ hominibꝫ damnatis/ qui ſunt incapaces gratie et conſequenter penitentie: duplici ratiõe. Prima propter defectū voluntatis eorum que nõ eſt diſpoſita ad gratiam recipiendã: ſed obſtinata in malum. vnde nec volunt nec poſſunt benefacere: ꝛ ꝯſequẽter nec penitere. Licet enim diſpliceat eis culpa cõmiſſa/ et doleant de ea: non tamẽ dolent de ea inquantū eſt offenſa dei: ſed inquãtum eſt afflictiua ipſorum ꝛ patiunt̃ penam propter ipſam. Et ſic de pena potius dolent ꝙ̃ de culpa. quinimo in culpa ſemper fixi remanẽt. Unde Sap̃. v. Uidentes turbabunt̃ timore horribili mirabunt̃ in ſubitatiõe inſperate ſalutis: gementes pre anguſtia ſpiritus: penitentiã agentes ꝛc̃. Scđa ratio eſt: ꝓpter iuſtitiam diuine voluntatis/ que nõ vult eis gratiã conferre. Nec decet magnificentiſſimã iuſtitiam ſuã gratiã inuito ꝯferre. Unde et leges quarum conditores per ipſam dei ſapientiã iuſta decernunt: ſicut dicitur Prouerb. viij. hoc imitantes dicunt: ꝙ inuito beneficiū non datur. Cum ergo demones ꝛ damnati nolunt gratiaʒ dei: nec diſponere ſe ad illam. ergo ꝛc̃. Un̄ nota ꝙ ſi demões et damnati veniã a deo humiliter peſtularẽt: ꝑfecto miſcđiam cõſequerent̃: quia nõ obliuiſcet̃ miſereri deꝰ nec cõtinebit in ira ſua miſcđias ſuas. pſ̃. Et ideo eterna erit peccatorū damnatio. Nec tenenda eſt hereſis Origenis dicentis. Omnẽ hominẽ eſſe ſaluandū: ꝑ illud, Nihil odiſti eoꝝ que feciſti. Itẽ dixit chriſtum iterū paſſurum in aere pro diabolis

ſaluãdis:ſic refert Glo. xxiiij.q.ij. in fine.
propter qȯ Origenes poſt morte ẽ eſt ab ec
cleſia anamathematizatus vt hereticus:
vt ibidem dicit in textu. Unde damnati
habent voluntatem ſic fixam ⁊ obſtinatã
ꝙ non poſſunt velle bñfacere. Uñ Mat.
xxij. Ligatꝫ mãibus ⁊ pedibus mittite eũ
in tenebras exteriores:ibi erit fletus ⁊ ſtri
dor dentium. Per manus intelliguntur ope
rationes:per pedes affectus ⁊ volũtates:
que ſunt adeo ligate/ꝙ nec volũt nec pñt
benefacere rationibꝫ ſupradictis. Et ideo
damnati etiã pro peccatꝫ venialibus eter
naliter punientur:ſm Tho.in.iiij.ſenten.
⁊c̄. ¶ Tertia cõcluſio eſt negatiua ex par
te adiecti.i.ex defectu alicuius circũſtan
tie ſeu conditiõis ad veram penitentiam
reqſite. Et eſt iſta. Quod ex defectu ali
cuius circũſtantie in penitentiam acquiſi
te:peccatũ aliquod eſt irremiſſibile. Req
ritur autem triplex circũſtãtia in peniten
tia. Prima ꝙ dolor ſit voluntarius de pec
cato. Qui autem nõ vult dolere de pecca
to/non eſt vere penitẽs. Et ideo tunc pec
catum cõmiſſum efficitur irremiſſibile:et
hoc eſt peccatum in ſpiritũſanctum: de q̊
domin⁹ dicit in euãgelio. Qui dixerit cõ
tra ſpiritũſanctũ non remittetur ei/neqꝫ in h̄
ſeculo/neqꝫ in futuro. Matth.xij. Quod
Aug.intelligit de finali impenitẽtia. No
ta de illo qui habens concubinã/confiteba
tur cuidam fratri noſtro/qui ſuadebat ei
vt relinqueret eam:qui noluit. Et cũ fra
ter diceret ei. Tu ibis ad infernuꝫ: Reſpõ
dit.ego volo ire ad infernũ. Iſta ꝓprie fu
it finalis impenitentia:⁊ ſic mortuus eſt:
vt audiui ab eodem fratre. Nota hic de il
lis qui in fine vite deſponſant concubinã
⁊c̄. Tales ſi habent intentionẽ bonam ſal
uantur. Si autẽ ideo deſpõſant/quia cre
dunt mori:ſi autem crederent ſe victuros
nõ deſponſarent:ſed in cũcubinatu eas de
tinerẽt/damnantur. Et nota hic/ꝙ hec fina
lis impenitẽtia eſt illud quartũ ſcelus qȯ
non remittitur a deo propter qȯ ſolum ani
ma damnatur.de pe.diſt.j. Sup tribus. Ui
de in ſermo.quadrageſimalibꝫ:de quattu
or receptaculis animaꝝ in primo articl'o
de inferno.ſermo.iiij.parte.vij. Secunda
circũſtantia penitẽtie eſt ꝙ peccator dole
at de peccato inquantũ eſt offenſa dei:al's

nõ ẽ ṽa pnia. ſicut dolet latro qñ ducitur ad
furcas ȯ culpa:ſꝫ nõ inq̃ꝫtũ eſt dei offenſa.
qꝛ parat⁹ eſſet al's craſſari in latrocinio ſi
adeſſet ſibi peccãdi copia. ſed dolet de pec
cato ꝓpt penaꝫ. Jȯ dr̃.j. Pe.iiij. Nemo ãt
vĩm patiatur quaſi homicida/aut fur/aut
maledic⁹/aut alienoꝝ appetitor. Si ãt vt
chrĩanus erubeſcat ⁊c̄. Iſto mȯ penituit
Eſau de venditiõe primogeniture: ⁊ ideo
nõ vere penituit. Qȯ patet ex eo ꝙ dixit.
Uenient dies luctus pr̃is mei et occidaꝫ
Jacob fratrẽ. Geñ.xxvij. Propter ꝙ vt di
cit apl's Heb.xij. Eſau nõ inuenit locũ pe
nitentie q̃ꝫuis cũ lachrymis inqſiſſet eaꝫ.
Sic etiã penituit Antioch⁹.de quo dici
tur.ij. Macha.ix. Orabat h̄ ſceleſt⁹ dñm
a quo nõ eſſꝫ miſericordiã cõſecuturus.do
lebat eñ de culpa preterita nõ ꝓpter offen
ſam dei:ſed ꝓpter infirmitatẽ quã patieba
tur. Tertia cirũſtantia requiritur in pnia ꝙ
dolor ille ſit cum ſpe venie alias non eſſet
vera:ſed deſperata pnia: ⁊ iȯ nõ remiſſiua
pcti. talis fuit pnia Cain: q̇ ait. Maior eſt
iniq̇tas mea q̃ꝫ vt veniã merear. Geñ.iiij.
Hic practice hiſtoriã. Talis ẽt pnia Iu
de ꝓditoris q̇ doluit de pctȯ dicẽs. Pecca
ui tradens ſanguinẽ iuſtũ:ſed nõ cũ ſpe ve
nie:qꝛ laq̃o ſe ſuſpẽdit. Patet ergo triplex
concluſio. Btũs autẽ Julianus licet pec
cauerit grauiter occidendo parentes:non
tañ parricida q̇a ignorans fecit:penituit
tñ vere qꝛ habuit omnes tres circũſtãtias
p̄dictas:qꝛ doluit volũtarie de pctȯ etiam
q̃ꝫtum fuit offenſa dei ⁊ cuꝫ ſpe venie. Et
iȯ cõſecut⁹ eſt per pniaꝫ verã remiſſioneꝫ
pcti ſui. et hoc eſt quod dicit thema. Hec
eduxit: q̃ꝫuis etiã de iure ciuili licitum ſit
marito occidere vxorẽ in flagranti adulte
rio ȯp̄henſam cũ turpi ꝑſona. C.de adul
terijs.l. Graccus ⁊c̄. Modo videamus
hiſtoriã. Dic legẽdã ⁊c̄. Deo gr̃as. Amẽ.

¶ Item alius ſermo fieri poteſt:cui⁹ the
ma ſm eam dominicã que currit in feſto
ſancti Juliani:ſic propone. Multi veniẽt
ab oriente et occidente. et recumbent cum
Abraam/Iſaac et Jacob in regno celo
rum:et proſequere ſermonem ſicut ſupra
in feſto Epiphanie ſer.qui ab oriente ⁊c̄.

¶ Incipit ſermo de laude ſc̄i

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN